



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# Notitia Congregationum Et Tribunalium Curiae Romanæ

Plettenberg, Hunold

Hildesii, 1693

De Notariis Auditorum Rotæ Romanæ.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63032](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63032)

Advocati, *Paulus V. cit. Const. 71.* Pauperibus vero gratis patrocinentur. *Bened. XII. Const. 2.* Pridie ejus diei, quo Rota agitur, non liceat Advocatis & Procuratoribus Auditorum studia perturbare. *Paulus V. l. c. §. 18. n. 14.*

### De Notariis Auditorum Rotæ Romanæ.

14. Quilibet Auditorum Rotæ quatuor, non plures Notarios intelligentes, fideles & honestos habere potest, qui per se, & non per alios in causis propositis scribant. Hi autem priusquam admittantur, examinandi sunt per Vice-Cancellarium vel alium, quem ipse substituerit, de literatura, ac Scriptura sufficienti, ac de vita & conversatione illorum informatione accepta, ac præstito ab iis juramento juxta formam à Ioanne XXII præscriptam approbandi. Sint modesti, & non habeant concubinas. Non sint Procuratores in Rota, neque scribant in causa partis adversæ. Munus suum fideliter & diligenter exercent, & non sint plurium simul  
Au.

Auditorum Notarii Joan. XXII. *Const.* 14.  
*Ratio juris, Martinus V. Constit. 5. Paulus V.*  
*Const. 71.*

15. Notarii Rotæ in confectione registrarum rubricarum & copiarum remissoriis, compulsoriis, executorialibus, notis sententiarum diffinitivarum, testium examine & hujusmodi observare debent Constitutionem 71. Pauli V. aliasque Rotæ ordinationes, Literas remissoriales scribant in charta juxta veterem morem à Chartulario lineata. Dent petitas à partibus expeditiones. Conficiant inventarium actorum, instrumentorum & scripturarum, ita, ut nihil sit in chartulis, quod non sit in libris descriptum. Pro notis interlocutoriarum, & pro relationibus socio faciendis nihil accipiant. Pro reliquis vero scripturis vel actibus ultra Taxam Notariorum Rotæ præscriptam à Paulo V. *Const. 72. Cum. nos. §. 4.* nil accipient.

### De Rotæ Decisionibus.

16. Quæri solet, an Rotæ Decisiones Jus faciant universale? Licet sint, qui velint

lint